quandam barbariem, et artem ſomniandi ac ludendi in Scripturis inducere tentant: ſed nec temporis anguſtiae ſiuerunt eam orationem ſuſcipere, et alio tempore ac loco vtrumque exequi latius dabitur. Itaque finem faciam praefandi, cum veriſſimo voto, vt per hunc libellum quamplurimis Scripturarum ſacrarum recte atque ordine cognoſcendarum et ſcrutandarum ſtudium incendatur, iisque haec qualiscunque opera mea ad bene intelligendum et cognoſcendum quam plurimum proſit. Scripſi Lipſiae in mercatu autumnali a. 1761.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343427338/22 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG